

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Philippi Melanchthonis Grammatica Latina**

**Melanchthon, Philipp**

**Wittebergae, 1621**

Caput XIII. Syntaxis verborum cum dativo

[urn:nbn:de:bsz:31-112308](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-112308)

## CAPUT XIII.

SYNTAXIS VERBORUM  
cum Dativo.

## REGULA I.

1. \* Quodlibet Verbum<sup>1</sup> admittit Dativum  
personæ aut rei, cui qualicunque modo ali-  
quid acquiritur vel adimitur. *ut*:<sup>2</sup>
2. *Tribuo illi eruditionem. Cic: de clar. Or.*  
*Dono tibi librum. Gero tibi morem.*  
*Detraho tibi partem oneris. Adimo tibi curas.*
3. *Dare alicui pecuniam mutuam.*<sup>3</sup> *Cic. Att. l. II.*
4. Sic & absoluta pleraque. *ut*:<sup>4</sup> *Benedico tibi.*  
*Maledico illi. Obsequor patri.*  
*Glycyrrhiza medetur tusti. Assentior Catoni.*
- NOTA. † A SUM Composita, pro  
Dativo etiam alios Casus admittunt, acce-  
dente Præpositione. *ut*:<sup>5</sup>
5. *Nec in Antonio defuit hic ornat us. Cic:*  
*Paucæ sententiæ ad Consulatum defuerunt.*  
*Cic:*

## REGULA II.

- \* Verbo EST Habendi significatione,  
cum Dativo Possessoris utimur. *ut*:
- Est mihi namque domi pater, est injusta no-*  
*verca. Virg. Ecl. 3.*
- An nescis, longas Regibus esse manus? Ovid:*  
*epist: Hel.*
- Tecum habita; & noris, quam sit tibi curta*  
*supellex. Pers. sat. 5.*

† Sic



† Sic & aliàs, etiamsi Habendi significa-  
tio cesset. ut:

*Natura tu illi pater es, consiliis ego. Ter. Ad.*

*Eris mihi magnus Apollo. Virg. Ecl. 3.*

*Homo Homini vel Deus vel Lupus est.*

REGULA III.

\* Quibusdam Verbis, gemini Dativi  
adduntur, quorum alter personam, alter  
commodum aut incommodum significat.  
ut:

*Est mihi lucro<sup>3</sup>, odio, honori. Cui bono est?*

*Misit } mihi librum dono.*  
*Dedit }*

*Hoc cedit tibi honori.*

*Vertit id mihi vitio. Ducit id sibi laudi, damno.*

† Interdum Dativus Personæ dissimula-  
tur. ut:

*Maximo est argumento, quod nuper contigit.*  
*Cic. de Divin.*

*Quæ domus ipsa erat indicio tui crudelissimi*  
*Tribunatus. Cic. pro domo.*

Huc pertinet & Ellipticum illud: *Homo*  
*frugi; Homo bonæ frugi; pro, qui est frugi, aut*  
*bonæ frugi, i.e. emolumento sibi & aliis.* Sicut,  
*Qui est moræ, Qui est noxæ.* Nisi 70 Frugi Ad-  
jectivum indeclinabile esse velis, si epitheton  
omittatur.

Quædam etiam bifariam efferuntur. ut:  
*Noxæ esse. Liv. l. 10. ab U. C. Esse in noxæ. Liv.*  
*l. 2. dec. 4.*

*Moræ esse. Esse in moræ. Cic. l. 10. ep. 31.*  
T 5 Regula



## REGULA IV.

1.  $\Delta$  Nonnuquam Dativus<sup>1</sup> Verbis adjicitur, loco Accusativi, vel Ablativi cum Præpositione. ut:

*It clamor cælo. 5. Æn: pro, ad cælum.*

*Belloq; animos accendit agrestes. 7 Æn: pro, ad bellum.*

*Neque cernitur ulli. 1. Æn: pro, ab ullo.*

*Solus tibi certet Amyntas. Virg: 5. Ecl. pro, tecum &c.<sup>2</sup>*

2.

## REGULA V.

$\Delta$  Adular, Allatro, Antecedo, Anteeo, Antesto, Antevenio, Anteverto, Attendo, Curo, Deficio, Despero, Illudo, Incessit, Insulto, Medicor, Moderor, Occumbo, Præcedo, Præcurro, Præeo, Præsto, præstolor, Studeo, Tempero, eadem significatione, modò Dativum, modò Accusativum admittunt. ut:

*Adulari alicui. Quintil: 9.3.*

*Adulantem omnes vidi. Cic: in Pison.*

$\square$  *In Capitolinam intempesta nocte eunti, nuquam Canes allatraverunt. Plin:*

*Allatrare eius magnitudinem solitus erat.*

*Liv: 1.8. bell Mac.*

*Si huic res illa antecedit. Cic: Top.*

*Gracchum etate antecedens. Cic: de clar. Or.*

*Præstantia animi omnibus bonis corporis anteit.*

*Cic: 5. Fin.*

*Qui anteire ceteros virtute putantur. Cic:*

*2. Off.*

*Crotoniatæ omnibus corporum viribus antefesterrunt. Cic: de Inv.*

Ex



*Ex iis [ infulis ], Codanonia, ut magnitudine  
alias, ita fecunditate antestit. Mela l. 3. c. 6.  
Tempori huic anteveni. Plant. Trin.*

*Exercitum Metelli antevenit. Sal. Jug.*

*Mirror, ubi ego huic anteverterim. Ter Eun.*

*Damnationem veneno antevertit. Tacit.*

*Ne sermonibus quidē malignis attendis. Plin. l. 7.*

*Attendit iuri. Svet. Galba.*

*Attendo te studiosè. Cic. 3. Fin.*

*Attendite exitum. Cic. pro Cluent.*

*Curare aliquem aliquid.*

*Illis curandum censo. Plaut. Rud.*

*Solis hominibus, & eorum paucis curare.*

*Apul. apol.*

*Usque adeo meis rebus curas. Ib.*

*Plautus etiam dixit, Pseud. Ego pro me &  
te curabo.*

*Quum non solum vires, sed etiam tela nostris de-  
ficerent. Cæs. 3. bell. Gall.*

*Me dies, vox, latera deficerent. Cic. 4. Verr.*

*Suis fortunis desperare ceperant. Cæs. 3. bell.  
Gall.*

*Desperare fugam. Cæs. 5. bell. Gall. Honores.  
2. Catil.*

*Certant illudere capto. Virg. 2. Æn.*

*Ipsa verò præcepta, sic illudere solebat. Cic.*

*1. de Orat.*

*Gravior cura Patribus incessit. Liv. l. 1. ab U. C.*

*Incessit Regibus discordia. 4. Georg.*

*Incessit hominibus sterilitas annonæ. Colu. 22. 10.*

*Magnus plebem metus incessit. Liv.*

*Nova nunc religio te ist hac incessit. Ter. And. 4. 4.*

*Insut-*



*Insultat ūri omnium capitibus. Sueton :*

*Insultare bonis. Liv : l. x. ad U. C.*

*Multos à pueritia bonos insultaverat. Salust :*

2. *Insultare fores<sup>2</sup> calcibus. Ter : Eun.*

*Gnato ut medicarer tuo. Ter :*

*Senibus medicantur anhelis. Virg :*

*Medicari cuspidis iectum exaluit. Virg :*

*Moderari ira. Horat : animo & orationi, Cic :*

*Venti & tempestates res rusticas moderantur.*

*Cic :*

*Certa occumbere morti. Virg :*

*Propatria mortem occumbere. Cic :*

*Vestra fortuna meis praecedunt. Plaut :*

*Helvetii reliquos Gallos virtute praecedunt.*

*Cas :*

*Præcurrere cognitioni, & praeceptioni; aliis studio. Cic :*

*Horum uterque Isocratem etate praecurrit.*

*Cic :*

*Ne appetitus rationem praecurrat. Cic : 1. Off.*

*Ut vobis voce praevirent, quid judicaretis. Cic. pro*

*Mil :*

*Ver praestastatem. Ovid :*

*Praestast verba, quibus me pro legionibus devoveam. Liv :*

*De scripto praestast aliquem. Plin : 28. 2.*

*Homo homini quid praestast ? Ter.*

*Virtute militum Romani Rhodios praestabant.*

*Liv :*

3. *In Formiano tibi<sup>3</sup> praestolor, usque ad tertium*

*Nonas Maii. Cic : 2. Att.*

*Esse*



*Esse premissos, qui tibi ad Forum Aurelium  
praestolarentur armati. Cic: 1. Catil.*

*Quem praestolare Parmeno hic ante ostium?*

*Ter:*

*Medicinae studuit. Quintil:*

*Literas studere incipit. Cic: post red.*

*Non equidem hoc studeo. Pers. sat. 5.*

*Temperare sibi. Cic. Linguae. Plaut.*

*Temperare victoriam. Cic:*

□ His annumerandum videtur & *Antecello*, quod quidem Dativo junctum frequentius reperitur. Nec tamen Accusativum, planè ab eo alienum fuisse, ex Passivo patet. *Autor ad Heren: l. 2. An ad inferiores, qui omnibus his rebus antecelluntur.* Et usurpavit sanè ita Erasmus de *Cop. Verb. Plato Ciceronem antecellit eruditione*; haud dubiè secutus Augustinum, *lib. 6. Mus. Consule libros, quos nulla antecellit autoritas.* Et *Pracello*, cum Dativo invenitur, De Accusativo nòdum constat.

□ His similia sunt & alia Verba, quæ in eodem ferè sensu diversos Casus asciscunt, ut:

*Allatum est nobis.*

*Allatum est ad nos.*

*Aspergo tibi labem.*

*Aspergo te labe.*

*Audire aliquid ab aliquo.*

*Audire aliquid ex aliquo.*

*Sum audiens dicto Praetoris.*

*Sum tibi dicto audiens.*

*Conf-*



*Confidere alicui.*

*Confidere corporis firmitate ; fama rerum ge-  
strarum. Cas.*

*Confidere de salute.*

*Confidere in aliquo.*

*Dare librum dono.*

*Dare librum in donum.*

*Dare filiam alicui uxorem.*

*Dare filiam alicui in uxorem.*

*Defendere iniuriam alicui.*

*Defendere iniuriam alicuius.*

*Defendere aliquem contra iniquos.*

*Defendere aliquem a periculo.*

*Dominari alicui. Cunctis dominabitur oris. 3.*

*Æn. Victis dominabitur Argis. 1. Æn.*

*Summa dominariver arce. 7. Æn.*

*Dominari in civitate.*

*Dominari in suos.*

*Dominari inter aliquos.*

Vide infra Reg : 9. de Verb : cum Ablat :

4.

*Dono tibi librum.<sup>4</sup>*

*Dono te libro.*

*Duco mihi laudi.*

*Duco mihi laudem. & in laudem.*

*Excellere ceteris dignitate.*

*Excellere aliis in aliqua re.*

*Excellere super omnes alios.*

*Excellere in aliqua re. prater ceteros.*

*Excellere inter omnes.*

*Habitare casas.*

Habi-



*Habitare in silvis.*

*Habitare silvis, terra, duabus urbibus.*

*Impertio tibi salutem.*

*Impertio te salute.*

*Induo vel Exuo tibi vestem.*

*Induo vel Exuo te veste.*

*Incido in as.*

*Incido in are.*

*Incido ligno, marmor, ceris.*

*Incido in sepulcro, in basi trophaorum.*

*Inducere animum.*

*Inducere in animum.*

*Interdico tibi hac re.*

*Interdico tibi hanc rem.*

*Interdico tibi de Medicis.*

Vide infra Reg: 8. de Verb. cum Ablat:

*Ludo aleam.*

*Ludo pila, alea, tesseris.*

*Migrare domo.*

*Migrare ex urbe.*

*Voluptas migrat ab aure.*

*Migrare nidum. Gell: l. 2. cap. 29.*

*Mittere alicui.*

*Mittere ad aliquem.*

*Nitor hac re.*

*Nitor in hac re.*

*Nitor in hanc rem.*

*Nupta alicui.*

*Nupta cum aliquo.*

*Una apud duos nupta. Gell: l. 1. cap. 23.*

*Quero abs te; ab aliquo.*

*Quero*



*Quæro ex te.*

*Quæro de te.*

*Circa aliquem quippiam quærere.*

*De aliquare quærere.*

*Respondere literis.*

*Respondere ad literas.*

*Scribere alicui.*

*Scribere ad aliquem.*

*Vertere vitio.*

*Vertere in vitium.*

Et quæ sunt huius generis alia, quæ usus & diligens Autorum lectio docebit.

REGULA VI.

1. □ Sunt quædam Verba, quæ pro diversa significatione, diversos Casus <sup>1</sup>asciscunt, præcipuè nunc Dativum, nunc Accusativum, nunc Ablativum cum Præpositione. ut:
- Accedo tibi. i. e. assentior. Item accresco, accrementum fio.*

*Accedo te, vel ad te. i. e. adeo, venio.*

*Æmulor tibi. i. e. invideo.*

*Æmulor te. i. e. imitor.*

*Animadverto aliquid. i. e. observo.*

*Animadverto in aliquem. i. e. punio.*

2. *Ausculto tibi. <sup>2</sup>i. e. obtempero.*

*Ausculto te. i. e. audio.*

*Caveo tibi. i. e. provideo, ut amico.*

*Caveo aliquid. i. e. vito, declino.*

*Caveo te. i. e. vito te ut hostem.*

*Caveo à te. Idem.*

*Caveo de aliquare. i. e. cautionem facio.*

*Consulta*



*Consulo tibi.* i. e. provideo vel prospicio tibi.

*Consulo te.* i. e. consilium peto à te.

*Consulo in te.* i. e. statuo.

*Consulo boni.* i. e. bonum judico.

*Cupio aliquid.* i. e. desidero, expeto.

*Cupio tibi.* i. e. faveo.

*Deficit mihi.* i. e. deest.

*Deficit me.* i. e. destituit.

*Deficere ab aliquo.* i. e. desciscere.

*Do tibi literas.* i. e. trado tibi aliò perferendas.

*Do ad te literas.* i. e. scribo ad te.

*Faenero vel Faeneror tibi.* i. e. do tibi ad usuram vel lucrum.

*Faeneror abs te.* i. e. faenori accipio, seu ad usuram.

*Horrere alicui.* i. e. timere alicui. Plin. in Paneg.

*Horrere aliquem, ut hostem.*

*Impono aliquid tibi, vel in te.* i. e. superimpono ut onus.

*Impono tibi.* i. e. decipio te.

*Incumbo alicui.* i. e. innitor, qvo ad corpus.

*Incumbo cogitationi, labori.* i. e. operam impendo, qvo ad ad animum.

*Incumbo in aliquid* } i. e. obnixè operam do.

*Incumbo ad aliquid* }

*Interest.* i. e. interponitur.

*Interest inter hoc & illud.* pro. differentia est.

*Interest huic vel hoc.* i. e. differt.

*Interest Reipub. vel meâ, tuâ.* i. e. refert seu utile est.

*Interesse alicui rei, vel in aliqua re.* i. e. adesse.

V

Maneo



*Maneo, absolute pro Commoror.*

*Maneo te. i. e. expecto te.*

*Mereor aliquid, de mercede.*

*Mereor de te. i. e. Commodo vel Incommodo tibi.*

Vide infra Reg. 12. de Verb. cum Ablat.

*Metuo tibi. i. e. sollicitus de te sum, ut amico.*

*Metuo te, vel a te. ut hostem, vel ab hoste,*

*Periclitor aliquam rem. i. e. tento vel experior.*

*Periclitor in aliqua re. i. e. experimentum quæro.*

*Periclitor famam, capite, siti, morbo. i. e. periculum subeo.*

*Periclitor ex Canis morsu.*

Vide infra Reg. 11. de Verb. cum Ablat.

*Prospicio meam salutem. i. e. procuro salutem.*

*Prospicio novum periculum. i. e. prævideo.*

*Peto a te. i. e. rogo te.*

*Peto tibi librum. i. e. cupio dari.*

*Peto alicuius vitam. Peto aliquem gladio.*

*Quem petunt hæc verba? Faurus petit il-*

*lum cornu. pro, Fero vel Impugno.*

*Peto templum. i. e. eo in templum.*

*Præstare rebus silentia. i. e. dare, concedere.*

*Præstare cæteris virtute } i. e. potiorem esse.*

*Præstare alios robore } i. e. potiorem esse.*

*Præstare se virum. Præstare Achillem. i. e. re-*

*presentare.*

*Recipio tibi. i. e. proximo.*

*Recipio aliquem. i. e. suscipio, vel iterum accipio.*

*Recipio me domum. i. e. confero me domum.*

*Refero tibi. i. e. reporto vel narro tibi.*

*Refero ad te. ut in consultationem.*

*Renuncio*

*Renuncio muneri.*

*Renuncio Conspicio.*

*Solvo tibi aliquid.*

*Solvo caput tuum.*

*Sudo alicui rei.*

*Sudo aliquam rem.*

*Sudo liberat.*

*Vaco alicui rei.*

*Vaco in aliquo.*

*idem.*

*Vaco, absolute.*

*Non vacat mihi.*

*Vaco aliqua.*

*Vacat locus.*

*Valere ab oculis.*

*Valere a pecore.*

*Valere aliquam rem.*

*Valere ad aliquam rem.*

*tidato.*

*Valere alicui.*

*Valere aliquam rem.*

*Valere apud aliquam rem.*

*tare esse.*

*Valere deos alicui.*

*Valere seferre alicui.*

*Siccitiam. De his.*

*Facio alicui.*

*De tibi verum.*

*Facio alicui.*

*Et similia plurimam dabit.*



Renuncio mulieri, hospitio. i. e. recuso.

Renuncio Consulem. i. e. declaro, proclamo.

Solvo tibi aliquid. i. e. numero seu satisfacio.

Solvo captivum. i. e. libero.

Studeo alicui rei. i. e. operam impendo.

Studeo aliquam rem. i. e. cupio vel affecto.

Studeo literas. i. e. disco studiosè.

Vaco alicui rei. i. e. operam do.

Vaco in aliquam rem, vel, ad aliquam rem.  
idem.

Vaco, absolutè. i. e. otium habeo.

Non vacat mihi. i. e. non otium habeo.

Vaco aliqua re. i. e. careo.

Vacat locus. i. e. vacuus est.

Valere ab oculis, à morbo. i. e. à morbo liberari.

Valere à pecunia. i. e. locupletem esse.

Valere aliquid. i. e. aliquantùm excellentem esse.

Valere ad aliquid, in aliquid, eodem, pro anti-  
doto. i. e. utile esse.

Valere alicui. i. e. alteri prodesse.

Valere re aliqua, in re aliqua. i. e. excellere.

Valere apud aliquem. i. e. in gratia & autori-  
tate esse.

Valet denos eris

Valet sestertius vicenis } in precio.

Sicetiam. Do tibi damnnum. i. e. noceo.

Facio damnnum. i. e. accipio jacturam.

Do tibi verba. i. e. decipio te.

Facio verba. i. e. loquor.

Et similia plura, quæ diligens lectio suppe-  
ditabit.